

annifus, id est, qui amplius ampliusque Sacrarum Li-
terarum, & salubrium Verborum Domini nostri Jesu
Christi, *ἡ τῆς κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίας* amore ferveat,
eodemque labore & *ἑρθοδοξίαν* in animo, & *ὀρθοτομίαν*
in doctrina, in vita autem *ὀρθοποδίαν* perpetuo secte-
tur. Id sicut DEO gloriosum, & Ecclesiæ in terris
prosperum, ita & Tibi, Vir Gravissime, jucundum,
& Filio huic Tuo, Juveni Optimo, vere deliciosum
erit. Ego meis *εὐσυνβιώταις* hunc, quem diutius te-
nere cuperem, bonæ notæ studioſissimum, ad pa-
ternas jam remitto ædes, mihique piam semper
memoriam servo, Tibi autem Patri, Optimæ-
que ejus Matri, Tuæ, Vir Spectatissime, Conjugi de
hoc probo Filio uti gratulor, ita felicissima quæque
spondere ac recipere non vereor. Faxit Deus, ut
Tuum desiderium, & mea spes haud excidant, sed
ille præstitutam sibi adversariam, domesticorum ac
Superiorum exspectationem, prolixiore etiam do-
cumento vincat. Ego ut pro Tota Tua familia,
Honoratissime Consul, Deum imploro, Vobisque,
quæ ad Vitam quamque Beatissimam pertinent, sin-
cere apprecor, ita semper ero & Filii Tui, absen-
tis mei GEORGII, amantissimus, & præterea

PRÆ-NOBILISS. T. NOM.

Officio sissimus

Scr. in mus. IV. Nov.

clō Icccv.

JOH. PETR. Grünenberg / D.

Col. Diss. A 173, misc 10.